

HOMILIA XXIX.

Proponitur ad evincendam haereticorum proterviam, corporis Christi veram praesentiam in hoc sacramento negantium irrefragabile propugnaculum, ex firmissimis Evangelii testimoniis, propheticiis vaticiniis, sanctorum Patrum auctoritatibus, sacrorum Conciliorum, doctissimorum Rabbiorum, Sibyllinorumque oraculorum monumentis contextum.

Quamvis permulta haec in medium produxerim, quibus veritatem catholicam de reali praesentia corporis, et sanguinis Christi sub speciebus panis, et vini firmissime comprobata; nihil scius in calce huius mihi dulcissimae tractationis, ut catholici omnes ad manum, et in promptu habeant brevi sermone comprehensa testimonia, quibus proposita veritas non solum adversus impios haereticos, sed et contra perfidos Iudaeos corroborari potest, in hac una homilia illa congerere placuit.

EX TESTIMONIIS CHRISTI DOMINI,
ET D. PAULI.

Primo exordiamur a verbis Christi Domini. (Capite enim 6.) D. Ioannes quinquies repetit esse panem, qui de caelo descendit, quinquies esse panem vitae, quinquies etiam repeti panem hunc esse carnem suam: ac tandem ait: *Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus.* Si vere ergo, non per tropum, et figuram. Quia tamen videbat Christus Dominus maxima fide opus esse ad hoc mysterium percipiendum, multoties repetit eo capite, sibi credendum esse. Constat autem ad credendum solum, quod corpus eius ibi aderat per solam similitudinem, et figuram, non opus esse tam eximia fide. Deinde ipsi Iudaei scandalizati sunt, unde ipse dixit eis: *Hoc vos scandalizat? Est ergo appetissimum, quod iuxta sermonem Christi omnes illi intelligebant loqui de vero suo corpore, quo se in cibum dare promittebat; alioquin nulla omnino erat ratio scandali.* Igitur Christus Dominus loquebatur de vero corpore in cibum dandum, quod exhorruerant, ut ibidem dicitur: propter hunc sermonem, multi discipulorum eius abierunt retro. Accedit ad haec irrefragabile testimonium illorum verborum: *Hic est calix novum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis effunditur.* At sanguis eius non fuit effusus per tropum, sed in seipso, et re ipsa: ergo vere sanguis Christi, qui sub speciebus vini continetur, est ipsissimus sanguis illius. Deinde cum Christus Dominus in oratione Dominica dicit: *Panem nostrum quotidianum, da nobis hodie,* de pane veri corporis sui loquitur: nam in Hebraeo, ut adnotavit il-

lius idiomatis periti, habetur: *Panem nostrum pretiosum, et eximium:* et Graecus interpres verbi, *supersubstantialiorem:* quam etiam lectionem retinet d. Matthaei Hebraeus codex, et servat nostra vulgata. At panis usualis non dicitur pretiosus, eximius, et multo minus supersubstantialis, hoc est, super omnes substantias, cum sit inferior innumeris fore substantiis, et intelligentiam sequatur communiter proceres Ecclesiae Patres, Hieronymus (in comment. hui. loc.), Cyprianus (de or. Do.) . d. Cyrillus Hierosolymitanus (cat. mystag. 5), Ambrosius (lib. de sac. cap. 4), Augustinus (lib. 2. de serm. Dom. in mont. c. 12), Victorinus (advers. Arr. lib. 1. et 3), Athanasius (lib. de Incar. Christi), s. Germanus Constantinopolitanus Episcopus, Venantius Cromatus, Petrus Leonticus, ac tandem Paulus ait: *Calix benedictio, cui benediximus, nonne communicatio sanguinis Christi est? panis, quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est?* Deinde inquit: *Qui manducat, et bibit indigne, iudicium sibi manducat, et bibit, non diuidens corpus Domini:* Et (ad Ephesios 3) dicit gentes esse cohaerentes, concorporales, et participes promissionis eius in Christo Iesu. Ecce aperte dicit, non solum esse participes gloriae eius, sed concorporales corporis illius per Eucharistiam, ut acute interpretatus est Cyrillus Alexandrinus (lib. 11. cap. 26. in Ioannem).

EX SANCTIS PATRIBUS.

Ex antiquis Patribus d. Andream audiamus, cuius acta habentur graece, quae refert Meaphrastes a diaconis Achaiae scripta antiquissime eo ipso tempore, quo vixit ille, et occisus est. Nam cum exigeret ab Apostolo sanctissimo Aegeas Achaiae Proconsul, ut diis sacrificaret, respondit haec ille: *Ego omnipotenti Deo quotidie immaculatam agnam sacrifico: et mox: Qui cum sit vere sacrificatus, et vere a populo carnes eius manducatae, integer perseverat, et vivus.*

Haec quae sequuntur, sunt Liturgiae verba s. Iacobi, qui primus Episcopus Hierosolymorum constitutus a Petro fili: quibus nihil clarior ad testificationem tantae veritatis: *Christus datur in cibum fidelibus, et pane efficitur corpus Christi, et vino sanguis a Spiritu Sancto; in partes distribuitur, neque dividitur a nobis per Eucharistiam sumptus.*

Sanctus Philippus, quia Aethiopibus praedicavit, eosdem ad Dei fidem adduxit: illi quoque proferunt et suam Liturgiam propria lingua scriptam, quam dicunt ab Apostolis se accepisse: in illa sic sacerdos ad Christum: *Benedic, sanctifica, munda, et transfer panem hunc in carnem tuam immaculatam, et vinum in sanguinem tuum pretiosum:* et rursus: *Hic est sanguis Domini, et Salvatoris nostri Iesu Christi, qui datus est in remissionem peccatorum, et ad*

vitam aeternam consequendam vere sumentibus ipsum. Amen. Cum autem proponit Eucharistiam adorandam, inquit: *Hoc est corpus sanctum, honoratum, et vitale Domini, et Salvatoris nostri Iesu Christi, quod datum est in remissionem peccatorum, et ad vitam aeternam consequendam vere sumentibus ipsum.*

Habetur et tertia Liturgia Syriaco sermone conscripta, qua Chaldaei, et totus Oriens usque ad extremas oras utuntur, d. Basilii, in ea sic habetur: inquit sacerdos: *Veniat sanctus Spiritus tuus super nos, et super haec, quae propositus dona, et sanctificet ea.* Et mox: *Et efficit panem istum corpus gloriosum Domini Dei nostri Iesu Christi.* Ac deinde: *Et calicem hunc sanguinem pretiosum Domini Dei regnantis super omnia Iesu Christi.* Et post haec: *Nos autem, qui de uno pane vitae, et calice redemptionis accipimus, quo inter nos aduenimus, dignare communicatione Spiritus sancti.*

Tertia Liturgia sermone conscripta Liturgia utuntur Syriaci, et totus Oriens usque ad extremas terras, quae versa a linguarum peritissimo Andrea Masio sic habet: *Veniat sanguis Spiritus super nos, et super haec, quae propositus dona, et sanctificet ipsa, et efficit panem istum gloriosum corpus Domini nostri Iesu Christi.*

Quarta Liturgia nonnullos ritus habet a sancto Chrysostomo, et celebratur a Concilio sexto, in qua sic sacerdos ait ad Deum: *Ut mitas Spiritum sanctum tuum super haec opposita munera: et fac panem istum quidem pretiosum corpus Christi tui. Amen.* Permutans sancto Spiritu tuo. Amen.

In Latinae linguae Liturgia, quam Petrus tradidit, ut Graeci ipsi testantur, ceterique penam innumeris, dicimus: *Quam oblationem tu Deus, in omnibus quaesumus ratam, rationabilem, acceptabilemque fecere digneris, ut nobis corpus, et sanguis fiat dilectissimi Filii tui Domini nostri Iesu Christi.*

Sanctus Iguilius, qui vivente Christo fuit, et cum Apostolis est versatus, et ab his Episcopus Antiochiae creatus, ut refert Theodoretus, de haereticis quibusdam loquens: *Eucharistias, ait, et oblationes, non admittunt, quod non constantur Eucharistiam esse carnem Salvatoris, quae pro peccatis nostris passa est, quam Pater sua benignitate suscitavit.* Et idem rursus ad Philadelphenses, ut ostendat coniunctionem, quae ex Eucharistia sumpta nascitur: *Rogo vos, ait, in istis uni fidei, uni praedicationi, una Eucharistia viventes. Una est caro Domini Iesu, et unus eius sanguis, qui pro nobis effusus est, unus etiam panis pro omnibus constractus, et unus calix totius Ecclesiae.*

Eum secutus aetate proximus sanctus Iustinus haec habet (in Apologia ad Antoninum): *Neque enim ut comminem panem, neque ut comminem potum haec sumimus, sed quemadmodum verbo Dei caro factus est Iesus Christus Salvator noster, et carnem, et sanguinem habuit pro salute nostra; sic per preces verbi ab ipso traditi Eucharistiam factam alimentum, et quo carnes, et sanguis noster per immutationem aluntur, edocet sumus esse carnem Iesu illius, qui pro nobis caro factus est.*

Qui sancti Irenaei tempora alligit Clemens Alexandrinus, haec in haec sententiam verba refert: *Ideo autem Ecclesiam, al loquens de Christiano, ad in doctrina Christi sit adhuc infans, lae non habuit, quod lae esset iae infans pulcher, et apposuit, scilicet corpus Christi, novam coetum verbo nutiens, quoniam Dominus ipse carni: labore peperit, quem ipsi fasciis alligavit Dominus pretiosus sanguine suo. O sanctas secundinas, et omnia infantum, pater, et mater, et paedagogus, et altar. Comedite, inquit, meam carnem, et bibite meum sanguinem: Haec apposita, et conventientia alimenta suppeditat nobis Dominus, et carnem praebet, et effundit sanguinem, et ad incrementum nihil deest infantibus. O admirabile mysterium. Veterem, et carnalem nos iubet exere corruptionem, quemadmodum et vetus nutrimentum. At autem novae Christi dietae effectus participes, illam vult, si fieri potest, recipientes in nobis ipsi reperere, et Salvatorem infra pretus comprehendere, ut carnis nostrae actiones integras, inerruplasque reddamus. An non vis sic intelligere, sed fortasse communitis? hoc quoque alias.*

Clementis etiam aetate Tertullianus, quamvis iunior, sic (lib. de resur.): *Caro, ait, corpore, et sanguine Christi vescitur, ut anima de Deo sagineatur.* Proximus sequitur Origenes, qui sic contra Celsum: *Quocirca, ait, Celsus Deo ignarus, gratias daemonibus reddat, nos vero Creatori omnium Deo gratias agentes, et pro collatis eius in nos beneficiis aetis gratias, et oblatiis panibus vescimur, qui utique per preces efficiuntur corpus quoddam sanctum, et sanctificans eos, qui sano proposito, et mente illo utuntur.* Et rursus: *Quoniam vitae pane, et poculo frueris, manducas, et bibis corpus, et sanguinem Domini, tunc Dominus sub lectum tuum ingreditur: et tibi: Nostis, qui dicimus mysteris interresse consuevis, quomodo cum suscipitis corpus Domini, cum omni cautela, et veneratione servatis, ne ex eo porum quid decidat, ne consecratis inuneris aliquid dilabatur: reos enim vos esse creditis, si quid inde per negligentiam decidat. Rursus autem: Tunc in assignate manna erat cibus, nunc autem in specie carni Verbi Dei, et verus cibus, sicut ipse dicit: Caro mea vere est cibus.*

Non multo post Origenem sanctus Cyprianus floruit, qui sic (epist. 56. lib. 3): *Parare se debent milites Christi, considerantes idecirco se quotidie calicem sanguinis Christi bibere, ut possint et ipsi sanguinem pro Christo fundere: (lib. de laps.): Sanctificata ora caelestibus cibus post corpus, et sanguinem Domini profana contagia, et idolorum reliquias respuunt.*

Extant d. Cypriani, nec non sanctissimi scriptoris sermones aliquot, in quibus haec habentur (lib. de coen. Dom.): *Consumo agno, quem antiqua traditio proponebat, inconstitibilem cibum magister apponit discipulis: nec tam ad elaborata impensis, et arte concivis populi inestantur, sed immortalitatis alimonia datur a communibus cibus differens, corporalis substantiae retinetur speciem, sed delectum, incisibilis effectentia probans edesse praesentiam.* Et mox: *Manducaverant, et biberant de eodem pane, et*

vicio secundum formam visibilem; sed ante verba illa, cibis ille communis tantum nutriendo corpori commodus erit, et vitae corporali subsidiarii ministrabit; sed ex quo a Domino dictum est: Hoc facite in meam commemorationem, Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus; quatesque his verbis, et hac fide actum est, panis iste supersubstantialis, et calice benedictione solenni sacrosus ad totius hominis vitam, salutemque proficit, simul medicamentum, et holocaustum ad sonandas infirmitates, et purgandas iniquitates existens: et rursus: Panis iste, quem Dominus discipulis porrigebat, non effigie, sed natura mutatus, omnipotentia verbi, factus est caro: et sicut in persona Christi humanitas videbatur, et latebat divinitas; ita Sacramento visibili ineffabiliter divina se infundit essentia, ut esset religio circa Sacramenta devotio, et ad veritatem, carnis corpus, et sanguis Sacramenta sunt, sincerior patet accessus; utque ad participationem spiritus, non usque ad consubstantialitatem Christi, sed usque ad societatem germanissimam eius, haec unitas perveniret. Idem (libro de oratione Domini): Quomodo dicimus: Pater noster, quia intelligitur, et credentium pater est: sic et panem nostrum vocamus, quia Christus noster, qui corpus eius contingimus, panis est. Hunc autem panem dari quotidie nobis postulamus, ne qui in Christo sumus, et Eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedat aliquo graviori delicto, dum abstenti, et non communicantes a caelesti pane prohibemur, a Christi corpore separemur, ipso praedicante, et monente: Ego sum panis vitae, qui de coelo descendit; si quis manducaverit de meo pane, vivet in aeternum: et Panis autem, quam ergo dicit in aeternum vivere, si quis egerit de eius pane, ut manifestum est eos vivere, qui corpus eius attingunt, et Eucharistiam viuae communicationis accipiunt; ita contra commendandum, et orandum, ne dum quis abstentem separatur a Christi corpore, procul remaneat a salute.

Sancti Cyrilli Hierosolymitani, qui ante, et post Concilium Nicaenum fuit, haec sunt verba (catech. quart.): Cum Christus igitur sic affirmet, atque dicat de pane: Hoc est corpus meum, quis deinceps audeat dubitare? atque eodem quoque confrantem, et docente: Hic est sanguis meus, quis unquam dubitet, ac dicat, non esse illum sanguinem? Aquam mutavit in vinum, quod est sanguini propinquum, in Cana Galilaeae sola voluit: et non erit dignus, cui credamus, quod rivum in sanguinem transmutasset? Si enim ad nuptias corporas incitatus stupendum miraculum operatus est, et non magis corpus, et sanguinem filii sponsi delitisse illum confitebimur? Quare omni cum certitudine corpus, et sanguinem Christi sumamus. Nam sub specie panis datur tibi corpus, et sub specie vini datur tibi sanguis, ut sumpto corpore, et sanguine Christi efficiamur ei communicantes corporis, et sanguinis; atque ita Christiani efficiamur, id est Christiani ferentes, cum eius corpus, et sanguinem in membra nostra recepimus; atque ita, ut Petrus dixit, divinae naturae consortes efficiamur. S. Hilarii (de Trin. contr. Arrian.) haec sunt verba: Eos nunc, qui

inter Patrem, et Filium voluntatis ingerunt unitatem, interrogo, utrumne per naturae veritatem hodie Christus in nobis sit, an per concordiam voluntatis? Si enim Verbum caro factum est, et nos vere Verbum carnem cum Domino sumamus, quomodo non naturaliter manere in nobis existimandus est, qui et naturam carnis nostrae iam inseparabilem sibi homo natus assumpsit, et naturam carnis suae, ad naturam aeternitatis sub sacramento nobis communicandae carnis admisit? Ita enim omnes unum sumus, quia et in Christo Pater est, et Christus in nobis est. Quisquis ergo naturaliter Patrem in Christo negabit, negat prius non naturaliter, vel se in Christo, vel Christum sibi inesse: quia in his esse nos faciunt. Si vero igitur carnem corporis nostri Christus assumpsit, et vere homo ille, quia ex Maria natus fuit, Christus est, nosque vere sub mysterio carnis corporis sui sumimus; et per hoc unum erimus, quia Pater in eo est, et ille in nobis: quomodo voluntatis unitas asseritur, cum naturaliter per sacramentum proprietates, perfecta sacramentum sit unitatis?

Audiamus nunc Athanasium sanctum italicum a Theodoro in haec verba: Corpus est cui dicit: Sede a dextris meis, etus etiam inimicum diaboli cum malis potestatis, et Iudaici, et Graeci: per quod corpus Pontificis, et Apostoli fuit, et dicitus est, per id, quod tradidit nobis mysterium, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur: et: Hic est sanguis meus, qui pro vobis effunditur, etc.

Eadem cum praedictis tradit Iulius his verbis: Et rursus ipse, scilicet Christus, ut maiestatis suae substantiam, non igitur figurat, aut vim sol., credentibus traderet, ait: Nisi ederitis carnem Filii hominis, et biberitis sanguinem eius, non habebitis vitam in vobis: et mox: Caestri cibo renovate hominem perditum, ut quidquid in vobis mortuum est, dicinis beneficiis renascatur.

Hilarium autem in Arrianos audiamus: Non est humano, aut saeculi sensu in Dei rebus loquendum, neque per violentiam, aut impudentem praedicationem, caelestium dierum sanitati, alienae, atque impiae intelligentiae extorquenda pereritas est. Quae scripta sunt legamus, et quae legerimus intelligamus, et tunc perfectae fidei officio fungemur. De naturali enim Christi in nobis veritate, quae dicimus, nisi ab eo discamus, stulte, atque impie dicimus. Ipse enim ait: Caro mea vera est esca, et sanguis meus vere est potus: qui edit carnem meam, et bibit sanguinem meum, in me manet, et ego in eo. De veritate carnis, et sanguinis non est relictus ambigendi locus: nunc enim, et ipsius Domini professione, et fide nostra vere caro, et vere sanguis est: et haec accepta, atque hausta id efficiunt, ut et nos in Christo, et Christus in nobis sit. Aem hoc veritas non est? Contingat plane his verum non esse, qui Christum Iesum verum esse Deum negant. Est ergo in nobis ipse per carnem, et sanguinem in eo, dum secum hoc, quod nos sumus, in Deo est; quod autem in eo per Sacramentum communicatae carnis, et sanguinis sumus, ipse testatur,

dicens: Et hic mundus iam me non videt, vos autem me videbitis, quoniam ego vivo, et vos vivetis, quoniam ego in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis. Si voluntatis tantum unitatem intelligi vellet, cur gradum quendam, atque ordinem consummandae unitatis exposuit, nisi, ut cum ille in Patre per naturam divinitatis esset, nos contra in eo per corporalem eius naturam inesse mysterium crederetur? ac sic perfecta per mediatorem unitas doceretur: cum nobis in se manentibus ipse maneret in Patre, et in Patre manens maneret in nobis, et ita ad unitatem Patris proficeremus; cum, qui in eo naturaliter secundum naturam inest, nos quoque in eo naturaliter inessemus, ipso in nobis naturaliter permanente. Quod autem in nobis naturaliter haec unitas sit, ipse ita testatus est: qui edidit carnem meam, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in eo: non enim quis in eo erit, nisi in quo ipse fuerit, eius tantum in se assumptum habens carnem, qui suam sumpserit. Perfectae autem huius unitatis sacramentum superius iam docuerat, dicens: Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo per Patrem, et qui manducavit meam carnem, et ipse vivet per me. Vivit ergo per Patrem, et quomodo per Patrem vivit, eodem modo nos per carnem eius vivemus. Omnis enim comparatio ad intelligentiae formam praesumitur, ut id, de quo agimus, secundum propositum exemplum assequamur. Haec vero vitae nostrae causa est, quod in nobis carnalibus manentem per carnem Christum habemus: victuris nobis per eum ea conditione, qua vivit ille per Patrem. Si ergo nos naturaliter secundum carnem per eum vivimus, id est naturam carnis suae adepti, quomodo non naturaliter secundum spiritum in se Patrem habeat, cum vivat ipse per Patrem? et infra: Haec autem idecirco a nobis commemorata sunt, quia voluntatis tantum inter Patrem, et Filium unitatem haereticis mentientes, unitatis nostrae ad Deum uterantur exemplo, tanquam nobis ad Filium, et per Filium ad Patrem obsequio tantum ac voluntate religionis unitis, nulla per sacramentum carnis, et sanguinis naturalis communione proprietates indulgeretur.

Sic vero s. Ambrosius: Tu forte dicis, meus panis est usitatus; sed panis iste, panis est ante verba sacramentorum, ubi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi. Et, forte diras, aliud video, quomodo tu mihi asseris, quod corpus Christi accipim? Et hoc nobis adhuc superest, ut probemus non hoc esse, quod formavit, sed quod benedictio consecravit? maioremque vim esse benedictionis, quam naturae, quae benedictione etiam natura ipsa mutatur? Virgum tenebat Moyses, proiecit eam, et facta est serpens. Plurimis etiam subiunctis similibus exemplis concludit: Quod si tantum voluit humana benedictio, ut naturam converteret; quid dicimus de ipsa consecratione divina, ubi verba ipsius Domini salvatoris operantur? Nam sacramentum istud, quod accipis, Christi sermone conficitur: Quod si tantum voluit sermo Eliae, ut ignem de coelo deponeret; non valebit Christi sermo, ut species multae elementorum? De totius

mundi operibus legitur, quia ipse dixit, et facta sunt, ipse mandavit, et creata sunt: sermo ergo Christi, qui potuit ex nihilo facere, quod non erat, non potest ea, quae sunt, in id mutare, quod non potest? Non enim minus est novus res dare, quam mutare naturas: et mox: Liquet, quod praeter naturam virgo generavit: et hoc, quod confitebimur, corpus ex Virgine est. Quid hic quaeris naturae ordinem in Christi corpore, cum praeter naturam sit ipse Dominus levis partus ex Virgine? et: Sicut verus est Dei Filius Dominus noster Iesus Christus, non quomodocumque homines per gratiam, sed quasi Filius ex substantia Patris; ita vera caro, ut ipse dicit, nos accipimus: et alibi: Christus, inquit, sacerdos est propter carnem, quam sumpsit, aut propter viciniam, quam pro nobis offerbat a nobis susceptam: de qua ait: nisi manducaveritis carnem filii hominis; sed in ista carne, et sanguine nihil crassum, nihil corruptibile mens humana percipiat, sed viciniam viciniam substantiam, atque salutarem: non igitur vinum, aut figuram, fit pane, et vino, per quae si digne sumatur, nobis est remissio peccatorum.

S. Gregorius Nyssenum sic loquentem audiamus: Panis absque semine, absque aratione, absque ullo humano opere nobis paratus, is desuper defluens incenditur in terris: panis enim, qui de coelo descendit, qui verus cibis est, qui aenigmatice haec historia significatur, non incorporata quaedam res est: quo enim pacto res incorporea corpori cibis fiet? res autem, quae incorporata non est, corpus omnino est: item: Quomodo enim, inquit, parum fermenti totam massam sibi similit reddidit, sic et corpus illud, quod a Deo factum est immortale, in nostrum corpus ingredientis, totum in se transfert, atque commutat. Nam ut postiferum cum salubri commistum illud efficit periculosum; sic et corpus immortale reddidit totum illud, in quo susceptum est, naturae simile immortalitati: et mox: Felium corporibus coniungitur, ut ea coniunctione cum immortalitate homo etiam immortalitatis participes fiat. Deinde: Considerandum est, quomodo fieri queat, ut cum unum illud corpus assidue per totum orbem terrarum tot fidelium millibus communicetur, totum cuiusque per partem eadent, et in se ipso totum permaneat. Ad haec: Divinum illud corpus panis nutrimentum accipiens, idem quodammodo erat cum illo cibo, ut diximus, in eius naturam immutato: et mox: Quomodo enim recte etiam nunc Dei verbi sanctificationem panem in Dei verbi corpus credimus immutari. Et iterum: Haec autem tribuit virtute benedictionis, in illud, corpus Domini, verum quae videntur, id est panis, et vini, naturam mutans.

Sic vero locutus s. Nazianzenus: Absque confusione, et dubio comede corpus, et sanguinem tibe, si saltem vitae desiderio teneris, neque sermonibus, qui de carne habentur, fideles deteges, neque ob passionem offensarum: constans esto firmus, et stabilis, in nulla re propter adversariorum sermones fluctes.

Eccè in omni litterarum genere doctissimum s. Caesarium loquentem: Ipsum, ut inquit ille, sanctum Verbum nostri simile factum est, et citam inter nos agens, cum esset quod erat, et

rietate hominum studio arguitur, et ad omnia divinae similitudinis, ac figuræ descriptionem delineationemque pervenit, altamen unius specie, ex his rursus ad se monadem suam colligit, et contrahit, alque ita in unum redigit eos, qui ad se ducuntur.

Haec etiam ait sanctus Chrysostomus hom. 30. in epist. 2. ad Cor. c. 13. his verbis: An non creditis, quoniam homines etiam huius templi vestibus osculum infigunt, partim inclinato capite, partim manu tenentes, alque ori manum admoventes? At per has portas, et januas ingressus est Christus. et ad nos ingreditur, cum communicamus. Nostis enim vos, qui mysteriorum participes estis, quid dicam: neque enim vulgari quodam honore eo nostrum offertur, cum corpus Dominicum excipit, eaque praesertim de causa tum mutua oscula iungimus. Hinc Ecclesia Christi sponsa passim vocatur, non modo propter amorum, sed etiam corporum connectionem, quae fit in sacrosancta Eucharistia. Quod elegantissime sanctus martyr Methodius ex epistola sancti Pauli observavit, quod quidem supra nos adduximus: neque illud ab re fuit attulisse, tum multas ob causas, tum vero ob hanc, Ecclesiae in Cantici nomen columbae adscribi, quod hic sit nos columbis, ut Aristoteles ipse inter alios scripsit (de historia animalium lib. 6), ut ante conjunctionem mutuo sese osculetur, quod inuit in expositione missae Florus magister, qui ante annos octingentos vixit. Ore namque nos sanctissimum Eucharistiae sacramentum percipimus, ex illa perceptione sacrosancta connectimur in unum cum Christo Domino, et inter nos corpus. Hinc olim multis in locis divinum illud Eucharistiae sacramentum servabatur supra altari intra auream, vel argenteam columbam religiosissime, ut est in gestis sancti Basilii, quae nomine Amphilothei scripta fuisse circumferuntur, et in libello supplicii, quem quintae Synodo adversus haeresiarcham Severum Clerus, ac monachi Antiocheni obtulerunt: hoc etenim supra tum notabatur actio, de qua modo supra, tum Spiritus sanctus, qui est amor, et vinculum cuncta cum Deo coniungens, quod omnes norunt.

EX TESTIMONIIS SACROB. CONCILIORUM.

Sanctissimorum Conciliorum decretis superiora confirmantur. Primum autem omnium Apostolorum, qui Liturgiam Iacobi constituerunt. Constat vero quinque linguarum Liturgias ab ipso Ecclesiae nascentis initio, in id quod spectat ad essentialia Liturgiae, convenire. In Hebraea, Aethiopia, Syriaea, Graeca, Latina hoc apertissime habetur, ut supra ostendimus. Vel igitur Spiritus sanctus omnes afflavit, et in eundem sensum verba adduxit, quod est omnium valde mirabilissimum, et veritatis divinae evidens argumentum; vel ab ipsis Apostolis acceperunt, ut scriptores citati tradunt. Antiochia celebrat sancti Dionysii responsum et approbat ad obiecta Samosatheni; sic autem ait: Quamvis effundatur sanguis, frangatur Eucharistia,

tota tamen caro, totus Christus, non divisis recipitur.

Concilium Nicaenum universale sub annum trecentesimum vigesimum quintum est, in quo sic habetur decretum: Iterum etiam hic in divina mensa, ne humiliter intenti simul ad propositum panem, et calicem, sed attentos mentem, fide intelligamus situm in sacra illa mensa Agnum illum Dei tollentem peccata mundi, invruente a sacerdotibus immolatum, et pretiosum ipsius corpus, et sanguinem vere nos sumentes credere, haec esse nostrae resurrectionis symbola: propter hoc enim neque multum accipimus, sed parum, ut sciamus non ad satietatem, sed ad sanctificationem sumi.

Ephesinum generale habitum anno 431. s. Cyrilli Alexandrini epistolam approbavit, quae sic habet in undecima anathematis declaratione: Sanctum, ac vivificum, invruentemque in Ecclesia celebramus sacrificium, non hominis alieni nobis similis, et communis esse: consimiliter et pretiosum sanguinem eius, quod proponitur, credentes, sed magis uti proprium, nota hanc vocem, vivificantis Verbi corpus, et sanguinem suum. Eadem etiam epistola a Chalcedonensi Concilio sexcentis, et triginta celebrato Episcopis recepta, anno 452.

Ex quinta Synodo habita anno 553. compertum habemus, quae fuerit mens s. Cyrilli adversus Nestorium. Sic vero loquitur adversus Theodoretum anathematis, de quo supra in Concilio Ephesino: Non hominis, alii, comestionem nostrum hoc Sacramentum pronuncias, et irreligiose ad crassas cogitationes urges eorum qui crederent mentem, et attentas humanis cogitationibus tractare, quae sola pura, et inaequisita, haec menti manda, fide conceperunt. Quoniam enim minime editur divinitatis natura, propter hoc commune dixerit quid sanctum Domini corpus? Scire autem operae pretium est, quod, sicut supra diximus, proprium est corpus eius Verbi, quod omnia vivificat. Quoniam autem corpus est vitae, vivificat enim per hoc mortuibus nostris corporibus largitur vitam, et mortis imperium evacuat; vivificat autem nos aequali modo, ut sanctus Spiritus Christi.

Synodus sexta generalis sic habet (act. 8): Accedimus ad benedictiones arenas, et sanctificamur, participes effecti tum sanctae carnis, quam pretiosus sanguis Christi omnium nostrum Salvatoris; neque ut communem carnem sanemus. Absit; neque iterum, ut veri sanctificati, et copulati Verbo per unitatem dignitatis, sicut ut divini habitacionem habentis, sed sicut vere vivificantem, et propriam eiusdem Verbi.

In Concilio generali septimo Epiphaniae a tota Synodo approbatus post multa de haeresiaticis subiicit: Quoadamtem, inquires, veritatem contingunt confessi divinum corpus panem fieri: ut si imago corporis est, non potest sane fieri divinum corpus.

A Conciliis Cabilonensi, Parisiensi, et Aquisgranensi sententia Gilleberti secuta est, dicens: Post consecrationem est corpus Christi verum, non tantum sacramentaliter, sed etiam essentialiter. Ea etiam in multis Synodis habita postea, et ab Hierosolymitano Concilio approbata fuit.

Lateranense Concilium sedente Innocentio Tertio celebratum anno 1215. in quo adfuerit Episcopi quadringenti, Metropolitanus septuaginta, Hierosolymitanus, et Constantinopolitanus Patriarcha, Abbates, et Priores octingenti, Regum similiter omnium in Europa dominantium, praeterea Cypri, et Hierusalem, necnon utrique Imperii Orientalis, et Occidentalis Legati: in eo sic est definitum: Verum Christi corpus, et sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis, ac vini veraciter continentur, transubstantiatis pane in corpus, et vino in sanguinem potestate divina.

A Constantiensi Concilio idem sanctum fuit, renovatum a Florentino, approbandibus etiam Syris, et Armenis: a Tridentino demum nostrae confirmationis aetate est. Ex quibus omnibus liquet, primo loco nulli saeculo defuisse aliquod Concilium celeberrimum, in quo non fuerit constitutum Christi verum corpus esse in Eucharistia. Secundo, a sex universilibus Conciliis in Oriente, ac tribus in Occidente, quibus adfuerit illustrissimi quique, id sanctum. Tertio, paucis regionibus exceptis, ceterae paucioribus habent hanc veritatem, testificantes suas Synodos.

EX VERBIS VATICINIS.

Tanta mysteria Deus praesignificavit nobilissimis etiam oraculis ad memoriam totius posteritatis sempiternam. Inter tot, et tanta, unum illud est, quod Iacob ad Iudam de Christo dixit his verbis (Gen. 49): Iuda te laudabunt fratres tui, manus tua in cervicibus inimicorum tuorum; adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Iuda, ad praedam filii mi ascendisti, requecens accubisti ut leo, et quasi leaena, quis suscitabit eum? Non auferetur sceptrum de Iuda, et dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium. Ligatus ad vineam pallium suum, et ad vitum, o filii mi, asinum suum. Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine utraque pallium suum. Pulchriores sunt oculi eius vino, et dentes eius lacte candidiores.

Aliud est vaticinium Psalmi celestini nomen, in quo est de Christo: Iuravit Dominus, et non poenitebit eum: tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Unde sic Paulus: De quo nobis grandis sermo, et inexplicabilis ad dicendum, quoniam imbecilles facti estis ad audendum. Hinc Marini Victor augustissimus scripserit, et poeta:

Melchisedech vinumque et panem ab caele revere
Obtulerat rex ille Salem, qui muneris tali
Mystica praemisit summi libamina Christi,
Cuius de manibus sumens Ecclesia corpus
Vivificum panem, caelesti pota crure est.

El Sedulus operum Paschallium libro tertio:

Denique Pontificum princeps, summusque sacerdos
Quis nisi Christus ades? gemini libaminis auctor
Ordine Melchisedech, emi dantur munera semper,
Quae sua sunt segotus fructus, et gaudia vills.

CARTHAGENA DE SS. TRINIT. ET CHRIST. DOM. — Vol. IV.

Isaiae extat vaticinium, quo sic loquitur: Et faciet Dominus certitum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium, convivium vindemiae, pinguium medullatorum, vindemiae defecatae. Quae verba pertinere ad Eucharistiam, in qua fit verum Christi corpus, ac sanguis, SS. Cyrillus Alexandrinus, et Hierosolymitanus in eum locum scribant. Agni vero de Eucharistia patet, quia in monte Sionis erat coenaculum, in quo illa fuit instituta, ut adhuc hodie monstratur ob id dictum: Et faciet Dominus convivium in monte hoc. Deinde aut omnibus populis faciendum convivium.

Adiicit Faciet Dominus. Est igitur omnipotenti hoc Deo reservatum. Constat e sequentibus etiam, omnia mirabilissima ex hoc convivio nascitura, quae prospectantur Isaiae tum capite allato, tum diobus sequentibus, et quibus nonnulla cogunt nos fateri, in Eucharistia esse verum Christi corpus. Ac primum sit, quod ait Vates, quod Deus in monte illo perdet, sive praecipitabit vinculum colligatum super omnes populos: quod sic est in Hebraeo: Et perdet in monte hoc faciem vinculi colligati super omnes populos, et telam, quam orditus est super omnes nationes: praecipitabit norem in sempiternam, et auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie: hoc ibi. Aequi hoc colligit nostris sacerdotibus, ut id divina virtute perficerent, et omnes populos ad Christum traderent, et quibus primae communionis aperit: ergo illorum sententia de Eucharistia vera; alioquin Deus magis omnes populos huius sententiae caligine obscuroasset, et operisset. Secundum, quod praesignificatur, hoc convivium divinum cunctis gentibus faciendum: ad soli Ecclesiae nostrae convenit, ut tollas orbis gentes ex aliqua parte haberet, eisque appareret hoc convivium. Vel igitur hoc oraculum falsum; vel Deus hoc nostrum, suum vocat convivium. Tertium, quia inducit Dei populus, ut dicat in hoc convivio: Ecce Deus noster iste, iste Deus noster, expectavimus eum. At nisi in hoc convivio Eucharistiae verum Christi corpus adsit, non poterit vere dici Deus noster iste. Quid enim magis iste Deus in convivio, quam alibi? cur in convivio magis expectatus? cur adiectum pronomen, iste, quod ipsam rem signat omnino adesse? Quotum, quod Spiritus sanctus, ut magis appareret, quid ea praedictione iudicaretur, loco illius vocis Latinae convivium vocem posuit, quae voluit alludere ad nomen Missae sacratissimae. Illud vero est Hebraeo Missethe, ut rem scilicet ipsam signaret, idque, sive Missae nomen ab Hebraeo derivetur, sive a Latino fonte, sive ab utroque. Veritas namque Iacobus usus est in sua Liturgia, nostri autem passim. Quinto, quod ibidem Vates in principio exclamavit: Domine Deus meus es tu, exaltabo te, et confitebor nominis tuo, quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas factes. Amen. Igitur per hoc convivium necesse est Deus maxime noster sit, faciens mirabilia. Deinde in principio capitis sequens ait futurum, ut a populo Dei tum caneretur Urbs fortitudinis nostrae: Sacerpot ponetur in ea. Quare necesse est in ipsa Ecclesia, quae est urbs Dei, fiat cunctis populis convivium, in quo ponatur ipse Christus Dominus.

Isaiae aliud est oraculum, plurima comple-

rus, qui de coelo descendit. Neque referri ea Sibyllae verba ad summam beatitudinem possunt, quasi signetur illa pane caelesti: beatitudo namque non est e coelo, sed in coelo, quin neque in coelo stellato, sed supra coelum stellatum. Praeterea paradisi fuit in ipsis terris infra caelum. Quod igitur ait nos habitaturas hortum paradisi, id non spectat ad aeternae vitae felicitatem supremam, sed ad huius, quam deimus in Ecclesia, dicta et ipsa paradisi, quae illius est inchoatio, et fundamentum, ex quo fit, ut haereditate acquiramus eam. Panis vero huius substantiam, vel vim caelestem canit Sibylla, dum dicit *E coelo stellato*. Nec solum quoad vim, sed quoad substantiam dicit esse e coelo, sed quantum ad efficaciam duntaxat, non proprie e coelo.

Aliud alio loco Sibyllae oraculum haec expresse continet: *Et urbem, quam desideravit Deus, ipsaque effectit splendidiorem stellis, et sole, et luna, et decus adiecit, aedemque construxit carne una conditam, pulchram, undique formosam, formavit nulla per stadia magnam, et immensam turrim, ipsus pertingentem nubes, et omnibus conspicuam, ut videant cuncti fideles, et cuncti iusti gloriam sempiterni Dei capitulum speciem*. Hic maxime observandum est, vocem Graecam, *ισοπέδη*, significare tum aequam intimam ex carne, tum ex una carne: ut agnoscamus magis Eucharistiae comestionem, coniunctionemque intimam, non per irradiationem solum substantialis qualitatis.

Oraculum e libro septimo, cum maximam quandam renovationem praedicit de Christianis, haec continet: *Sed simul omnes manna roscedum candidis dentibus mandent*. Manna igitur simul ab omnibus mandetur. Quamobrem et multa dicta de manna ad comprobendam veritatem corporis Christi in Eucharistia huc afferri possunt.

Oraculi e libro sexto de Christo, et Christianis, haec est vera expositio: *Ex una vero radice panis novellum germen erit virorum. cum domus David germinabit germen; in manu autem eius mundus totus, et terra, et coelum, et mare*. Sed quomodo ex una radice panis erit istud novellum germen, nisi vere Christi corpus nostro adinquantur? nam quantum ad efficaciam spiritus, non magis ex una radice panis nasci possumus, quam baptismi: licet enim poni possit vis maior in pane, quam baptismi; attamen spiritalis illa entitas, quae tanquam qualitas imprimitur, atque inhaeret spiritui nostro, non est numero una, sed singulis sua, atque illa ex parte spiritus impressi, et infusi non sumus ex una radice. Quod si unus est ex parte divini Spiritus imprimentis spiritum in nobis, et convertentis nostras ad Deum mentes, tum non magis unus in pane, quam baptismi: idem namque Deus infundens charitatem in baptismi, et pane. Quod si, ut nos asserimus, sit unum numero corpus Christi in Eucharistia, tum vere dicitur futurum germen novellum ex una radice panis. Ut igitur rem clarius Sibylla detegeret, adiecit: *Cum domus David germinabit germen*; Christus namque est e domo David quantum ad corpus, non quantum ad spiritum. Ex illa ere-

go corpus assumpsit, et suo corpore germinavit, et per Christi corpus omnes Christiani ex eadem radice pullulantes, non ex substantiali tamen qualitate, veluti radio a sole derivato. Nec temere Vates dixit: *In manu autem eius mundus*: ostendit enim opus huius esse omnipotentiae divinae. Ita nec dixit ex illa radice plurima germina oritura, sed unum duntaxat. Bene nique dixit *virorum*, non hominum: nam per Christi corpus foeminae evadunt constantia viri; aut, ut ait d. Paulus: *in virum perfectum*, alioquin male dixisset Sibylla, *virorum*, non hominum. Iam vero nisi substantiam panis abeat in substantiam corporis Christi, ac nisi sit panis solammodo, quoad spiritum, non quoad substantiam, non erimus eodem modo ex una radice, nam plures essent numero panes. Ex quibus manifestum est, in Eucharistia verum Christi corpus esse, per cuius assumptionem nos in unum corpus coeamus omnes, veluti ex una stirpe prodens arbor, cuius sicut plurimi rami, qui in illa coniunguntur; aut lapides multi in unum cohaerescunt, cum simul iuncti unam domum constituunt; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XXX.

In confusione haereticorum, et solationi filium auream insignium miraculorum contexitur catenam, quae veritatem praesentiae corporis, et sanguinis Christi sub speciebus panis, et vini latentium, aperte contestantur.

Olim in primordiis Ecclesiae catholicae, quando ipsa in infantia sua parvula erat, et absque uberibus, ut dicit eius Sponsus (Cant. 8): *Soror nostra parva, et ubera non habet, significare volens, tunc non habere robur illud magnum, et eximiam fortitudinem, quam postea habitura erat, tunc Deus frequentius miraculis viri sui consistens, luctu mirabiliter divexata, nomine puerum compellat. Puer matris vocem ut agnovit, et cibano, responsum dat. Mater effractus foribus intro irrupit; videt puerum in mediis carbonibus candentibus consistentem, illaesa ab ignis incendio. Qui cum interrogaretur, quo pacto illacsus manserit? mulier, inquit, veste amica purpura crebro ad me venit, porrexit aquam, qua carbonum flammam corpus amientes extinguere, cibum denique dedit, quibus esuriebam. Qua re ad Iustinianum perlata, puerum cum matre lavacro regenerationis tingendos decernit; patrem autem pueri, qui recusavit in numerum Christianorum adscribi, in Sycis cruci affigendum curavit.*

Secundum exlat apud Guillelmum Bibliothecarium (de gestis Anglorum lib. 2. cap. 17), quod et referunt, et probant Vincentius in speculo historiali, Albertus Stadenis, Ioannes de Columna, Matthaecus Uvestmonasteriensis, Her-

mann Schedelius, Ioannes Naclerus, Ioannes Trilemius, et Albertus Cranzius in Chroniciis, ubi huius aetatis historias referunt. Ego Olbertus peccator, esse vellem celare, quod in me factum est divinum iudicium, membrorum meorum tremor proderet. Quod quatenusmodum factum sit, referam, ut omnibus innolescat, quanta sit poena inobedientiae. Eramus ad vigiliis Natalis Domini in villa quadam Saxoniae, ubi erat ecclesia Magni martyris. Presbyter nomine Robertus missam primam inchoaverat; ego in caemeterio cum sodalibus 18. viris 15. foemina tribus choreas duces, et cantilenas saeculares perstrepsens, ita sacerdotem impediēbam, ut ipsa verba nostra inter sacrosanta Missarum solemniam resonarent. Quocirca mandato nobis, ut taceremus, neglecto, imprecatu dicens: *Pactae Pactae Deo, et sancto Magno, ut ita cantantes permaneat usque ad annum*. Verba pondus habuerunt. Filius presbyter Ioannes, sororem suam nobiscum cantantem per brachium arripuit, statimque illud e corpore evulsit, sed gula sanguinis non exiit. Ipsa quoque toto anno nobiscum permansit; choros duces, et cantans. Pluvia, non cecidit super nos, nec frigus, nec calor, nec fames, nec sitis, nec lassitudo affecit nos, indumentaque nec calefactione nostra atterivimus, sed quasi recordes cantabamus. Primum ad gentia, mox ad femora terrae demersi sumus: fabricae tecti aliorum ubi Dei super nos erigebatur, ut pluviae arceret. Tandem evolo anno, Herbertus civitatis Caloniensis Episcopus, nudo, a quo manas nostrae ligabantur, nos absolvit, et apud allare s. Magni reconciliavit. Filia presbyteri cum aliis duobus spiritum efflavit, coloris continis tribus diebus, et noctibus dormivimus, aliqui postea obierunt, et miraculis coruscant; ceteri poenam suam membrorum tremore produunt. Hoc accidit anno salutis 1012.

Tertium a Carolo Sigonio de regno Italiae (lib. 19) de anno 1264. et ab Onofrio Panvino in Platinae Urbanum Quartum, Valsinii mirandum visum asserunt. Sacram quidam ibi, cum rem divinam faciens sacras rite hostiam frangeret, forte de veritate ipsius Christi corporis dubitavit. Itaque subito ex ipsa hostia sanguis tantus efflavit, ut multis intem ipsum guttis inuberit. Qua re audita Urbanus Pontifex attonitus, ipsum ad se deferri iussit iussu magno cleri, et populi occurrentis honor excepti, eoque in Ecclesia Urbeveta in sole ampliore, ac digniore reposito, solemnem Christi corporis diem decimo post Pentecostem cum insigni pompa in perpelum celebrandum instituit. Naclerus, Hermann Schedelius in Chroniciis, Cornelius Cornipolitanus in Chronologia referunt in ponte super Mosam in Traiecto superiori ducentes homines chorca Iudeus 15. Calend. Iunii, cum corpus Christi per sacerdotem portaretur ad infirmum, cessare noluisse, donec transisset sacerdos. Mox igitur transito ponte a presbytero, pons cecidit, et omnes in fluvio praeter unum submersi fuere.

Quartum referunt a Iacobo Meiero (lib. 17. Annal. Flandriae) de anno 1470. Narrat 3. Idus Novembris fortis d. Martini Episcopi factum